

Patientiam Sanctorum & robur

S. Sancti P. ex animo.

Vir Adm. Rev. Ampl. & Excell. Dn. Affinis honorande & colende. Bigam Literarum vestrarum rectè accepi 17. Febr. & 31. Maji anni currentis datarum. Ultrisq; laconicè responsurus; Cum id abs me exigat concatenata occupationum moles, qva in dies distineor. Suspicio de **SYNCRETISMO** multos occupat. Novit verò Dominus, qvi sint sui. Et qvæ apud nos bona fide narrantur, augent malum, & nos non parum excruciant, miseratos vicem confratrū nostrorum, qvos fraus & violentia gravissimè divexant. Et metuimus majores turbas & tempestates: Cum nos experientia condocerit, condoceritq; qvo nos animo persequantur, qvi pacem simulant, & hastam in corde gerunt, sub ramo paciferæ olivæ. Qvæ hanc in rem à nonnullis scripta fuere, auctoribus linquo. Mihi exploratissimum est Sionis equum fabrefieri, & versari nostros inter Scyllam & Charybdim, Ecclesiam vicinam Reg. miserè in classes trahi Syncretisticas & sparso scripto (cujus titulus **Summarischer Bericht**) conturbari. His dolis occurro. Propediem prodibit mea responsio, brevi communicanda. De admissione Calvinianorum ad sacram synaxin nostram diximus contra Elbinganos Syncretistas sententiam. Non est nostrum (ait J. Calvinus Tract. contra Versipellem) mediis pactionibus de jure DEI transigere. Qvicquid sit de exemplis,

plis,